

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Mauritius Sanderus

Disputationum Physicarum Duodecima De Coelo

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736539>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742736539/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736539/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12 ggl.

35 1717



Disputationum Physicarum
DUODECIMA
DE
COELO.

Quam

Divina adspirante gratia
In Inclita Academia Rostochiensi

SUB PRÆSIDIO

M. GEORGII MEIERI
Duderstadensis Saxonis.

Tuebitur
MAURITIUS SANDERUS
Hadelensis.

Ad diem 27. Junij horis & loco consuetis.



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

DN. AUGUSTINO Drewessen

Viro, verè Nobilissimo, strenuissimo, eq' uestris
& pedestris quondam pralij in Hollandia, &
adhuc Illustrissimi Principis Holsatiae & Episco-
pi Bremensis &c. D. D. Johannis
Friderici, capitaneo ce-
leberrimo.

Prudentiâ item, pietate, longo rerum usu &
experienciâ conspicuo Viro,

DN. ANDREÆ Schrödern
In inclyta Hamburgensi Repub. tribuno vigilantiss.

NEC NON

Prudentissimo & perpolito Viro,

DN. DAVIDI Düdeschen
florentissimæ Reipubl. Rostoch. senatui à secretis.

Dominis Mecœnatibus, fautoribus & amicis
suis, officiose in perpetuum colendis,
hanc de cœlo exercitationem Physicam, in grati animi
anxie et obseruantieq. proprieatatem dat, dicat,
conferat.

MAURITIUS SANDERUS Hadolens. Saxo.

DE COELO.

Theorema I.

Cœlum est corpus naturale, simplex, pel-
lucidum, sphæricum, & in orbem mobile.

 *E* mundo generatum actum fuit: nunc ad ejus partes accedendum, inter quas jure primum locum obtinet cœlum, mundi pars nobilissima, ποστῷ πριωτεροῦ ἔχον τὸν Φύσιν, ὅστις περὶ φεγγὸς πών ἐντὸν τὸν λέον, Arist. lib. 1. de cœlo c. 2. t. 16.

II. *Hoc vero cœlum initio dicitur corpus naturale: 1. Quia*
habet in se principium motus, iuxta definitionē naturæ, lib. 2 Phys.
c. 1. t. 3. traditam. 2. Quia habet quantitatem secundum quam
in longum, latum, & profundum est extensum. Quantum au-
tem quod est, corpus est naturale. 3. Quia certam habet figuram,
qua ex quantitatibz dispositione resultat, cuiusq; beneficio sub sen-
cum cadit.

III. *Deinde corpus est simplex, non quidem ἀτόμως, si qui-*
dem omne corpus, compositum est ex materia & forma: sed respe-
ctu corporum mixtorum: Ex elementorum enim concretione
quia non constat cœlum, inter corpora simplicia numeratur.

IV. *Porrò pellucidum esse cœlum, visu ipse testatur, qui in*
cœlum contemplatur, qualitatem nobilissimam, qua mediante,
cœlum potissimum in hac inferiora agit, ut Magirus loquitur lib. 2.
Phys. cap. 2.

V. Præterea & sphericum dicitur. 1. Quia corpori perfectissimo, perfectissima quoque debetur figura, esse v. figuram sphericam omnium perfectissimam testatur Philosophus lib. 2. de caelo cap. 4. 2. Quia cælum motu movetur circulari, ideoque sphericum sit, necessarium est, Præterea & τὸ μὴ πεῶπον οὐκέτι, τὸ πεῶτες σωματικόν πεῶπον τὸ σῶμα, τὸ τῇ ἐχάρτῃ πεῖφερον, σφαιρεσίδες ἀντίτιτον πάντα φειρεφερον Φορέν. Arist. lib. 2. de caelo c. 4 t. 26. 3. Quia cæli motus est velocissimus: velocissimus autem motus inharet corporibus sphericis & rotundis, εἰ δὲ γρῦπες τὰ κύρια κύρια, σφαιρεσίδης αὐτὸν αὐτάγαντα εἶναι. t. 29.

VI. Tandem cælum corpus in orbem mobile dicitur. Quia enim corpus est perfectissimum, perfectissimus quoque eidem motus attribuendus, qui præter circularem, nullus aliud existit. 1. Quia simplex est, & aquabilis. 2. quia continuus est, 3. quia omnis contrarietatis est expers.

Theorema II.

Cœli materia eadem est, cum materia sublunare.

I. Cælum materiam habere extra omnem controversia aleam possum volumus: Est enim corpus; est quantum; est figuratum. Sed qualis illa sit materia, utrum eadem sit cum materia sublunare, an vero ab ista diversa, quaritur. Aristoteles quidem diversam agnoscit: Nos vero cum Scaligero, unam eandemque & in cælo, & in inferioribus, materiam reperiri statuimus, moti rationib. longè evidentissimis. 1. Quia non materia facit, ut res à re differat, sed sola forma. Non intelligo, inquit Scal., quomodo materia una ab alia diversa sit, nisi per advenientem formam, quâ fit hoc aliquid exer. 61. sect. 1. item: Non profectò intelligo, materiam hujuscemodi compositi, quod humanum corpus appell-

appellamus, aliam esse materiam, à materia steroris, vel asini, vel crocodili. Vult ergo, et rectè, quod quemadmodum homo non differt à ceteris ignobilioribus corporibus materia, sed formâ: Sic etiam cælum ab hisce inferioribus formâ tantum, non materia differat. Est cælestis corpus nobile, respectu sublunarum: Est èr humanum corpus nobile, respectu rerum, quæ sunt infra hominem, imò corpus humanum nobilitate vix cedit corpori cælesti: corpus humanum cum sit subiectum divinæ substancialiæ, quæ dicitur intellectus, vel nihilo, vel non multo minus erit nobile, quam coeleste corpus, tamen si dissolvitur: Scal. loco citato. Ut ergo verum non est, nobilitatem humani corporis pendere à materia, nam sublunaria omnia, ut materia convenire faciatur tota peripateticorum schola: Sic quoq; verum non erit, nobilitatem cælestis corporis, pendere à peculiari quadam materia. Forma dat & largitur humano corpori nobilitatem: Forma cælestis corpus reddit nobile. Non suapte natura, sed formæ distinctione, cœlum sibi arrogat primam commendationem. Scalig. ibid. 2. Quia si materia cœli, à materia sublunarum esset diversa, duplex esset concedenda materia prima, una, è qua primò constent corpora sublunaria, altera, è qua cælum, quod est absurdum: nam non duplex datur, sed unica materia prima, imò duplex si esset, neutra esset prima, duo enim prima esse non possunt. Non sunt temerè nova Entia sine manifesta necessitate, in naturæ censem invehenda. Scal. ibid. 3. Quia quæ accidentibus proprijs convenient, essentiâ convenient. Atqui materia cœli, & materia sublunarum proprijs accidentibus convenient, quantitate videlicet & figurâ: Non minus enim cælum quantitate & figurâ constat, quam corpora sublunaria. Quantitas autem & figura, propria & inseparabilia sunt materiae accidentia: posita enim materia, ponitur quantitas & figura, Et vice versa, posita quantitate & figurâ, ponitur materia, ita ut rectè ex proprijs hisce accidentibus, ipsa materia inferatur, non secus ac ex risibilitate, homo.

A 3

Sed

II. Sed quid facimus? multis hic Philosophorum telis nos expomus. Eaqꝫ sunt: 1. Quꝫ communicant materiā, invicem quoqꝫ transmutantur. 2. Quꝫ communem habent materiam, invicem agunt & patiuntur: Calum v. quid patitur? 3. Quꝫ corpora motu differunt, non possunt esse ejusdem natura: Est enim motus cali simplicissimus, circularis, qui nulli corporum sublunarium competit; nullum etiam tale corpus ex Elementis constare potest, cum hæc sursum & deorsum ferantur.

III. Ast tela hec, & id genus alia, facile avertere poterimus, si modo observaverimus, unionem materia & formæ in cælo esse arctissimam, quæ nulla vi naturali turbari queat, eamqꝫ ob causam gaudere cælum multis privilegijs, præ reliquis corporibus in natura, in primis immutabilitate, quæ tamen non materia, sed potius arctissima illi materia & formæ unioni ascribenda est, quæ à formæ nobilitate proficiuntur. Quare ad primum objectum respondemus non nostrū, sed Scaligeri verbis, Non data fuit à natura materia, ob transmutationem ad generationem primò & per se, ut ubicunq; sit, ibi etiam sit generatio: sed ad subsistendum formæ corporeitatis in substantia, & recipiendum quantitatem ac figuram Scalig. exer. 61. sect. 1. Ad secundum, cælum omnino in hæcce inferiora agere, sed non per univocas qualitates, cum his inferioribus qualitatibus, unde fit: quod agendo nihil vicissim patiatur. Hinc Scalig. Verum non est quod ajunt: Quæcunq; communem inter se habent materiam, ea inter se agere ac pati mutuò, id quod redactio nem scitissimè appellant, sed id evenire ibi, ubi sunt contrariae qualitates. Ad tertium respondemus, quod motus differentia non possit identitatem materia tollere, alias enim neqꝫ sublunaria omnia materiā conveniret, quadam enim moventur sursum; quedam deorsum. Imò penitus si argumentum introspiciamus, nihil probat, nisi quod cælum non sit elementum, neqꝫ ex Elementis conflatum, propterea quod neqꝫ elementorum, neqꝫ mixto rum

rum motus, eidem competit, quod nos lubenter concedimus: cælum enim neg. est elementum, neg. corpus mixtum: Verum cælum non habere eandem materiam cum elementis, non probat, præsternit cum motus cœli, ut cuiuslibet rei, à forma potius, quam à materia proficitur.

Theorema III.

Cælum non habet formam assistentem,
sed informantem.

I. Hic vero discessum facimus ab acutissimo Scaligero, imo Aristotele ipso, non quidem levì vento agitat, sed gravissimis causis moti. Ac initio quidem, cælum formam habere informantem hoc modo probamus. 1. Quia est corpus: Corpus autem omne constat materiâ & formâ: Et quod ex materia & forma compositum non est, neg. corpus est. 2. Quia habet suum esse: Forma autem rei largitur esse. 3. Quia cælum in hacce inferiora agit: Omnis autem actio, est à forma. 4. Quia in cœlo est materia, & quidem eadem cum materia rerum sublunariorum, ut in præcedente theor. demonstratum fuit: Nulla autem reperitur materia actiū, sine forma. 5. Quia cælum per se existit: Quicquid autem existit, per suam formam existit, quia existentia est à forma. 6. Quia in cœlo est natura: Ubicung, autem natura, ibi forma.

II. Quia igitur sufficenter demonstratum dedimus, cælum habere formam informantem, probatu jam facillimum erit, idem non habere formam assistentem. 1. Quorsum enim opus erit formâ assistente, si cælum habeat informantem? Dicis motum cœli, non posse nisi à forma assistente, effici. Quasi vero forma cœli informantis deterioris esset conditionis, quam forma in rebus sublunari bus: Certè si haec cause sunt motus in sublunaribus, quidni & illa causa

causa erit motus in cœlo? Urget: cum motus cœlestis, certa sint leges, constantia, & ordo, isq; non nisi ab aliqua intellectrice vi, corporis experte fieri posse videatur, dandam esse aliquam intelligentiam, à qua hujuscemodi motus efficiatur. Respondeo: Dans formam, dat etiam ea, quæ formam consequuntur, Scalig. exerc. 7. Et quia forma cœli informans, est perfectissima, nobilissima, utiq; constantem cœli motum efficere potis erit. 2. Quicquid movetur à principio externo, non movetur secundum propriam naturam. Ergo cœlum, si à forma assistente moveatur, movebitur præter, vel contra naturam suam, quod certè veritati consenteaneum non est. 3. Quicquid ab omni vi externa liberum est, illud non movetur ab externo principio: Omne enim quod à principio externo movetur, suo modo violenter moveatur: Cœlum vero ab omni vi externa liberum est. Ergo non movetur à principio aliquo externo, formâ videlicet assistente. Argumenta, quibus communiter Philosophi probant, dari & esse intelligentias orbium motrices, pete ex Arist. lib. 12. Metaph. c. 8. Scal. exerc. 6. s. 2. 68. s. 2. 76. s. 3. 355. & 359. s. 2. 4. 8. Colleg. Conn. lib. 2. de cœlo cap. 5. Zab. lib. de nat. cœli cap. 1. & 8. Ea enim omnia, ut hoc loco adducamus, non fert instituti nostri ratio: in ipso disputationis actu, isthac profligabimus.

Theorema IV.

Cœlum non est substantiæ tenuissimæ,
sed solidissimæ, ac firmissimæ.

1. Quia enim: 1. Cœlum motu constanti ac regulari moveatur, tenue esse non potest, alias modo huc, modo illuc propelleretur.
2. Quia orbis cœlestes realiter sunt distincti, ut disputatio sequens ostendet, ideoq; solidi sint necessum est, alias non contiguæ, sed continuæ inter se cohererent, nullamq; distinctionem admitterent.
3. Quia cœli solidissimo veluti ære fusi sunt Job. 37. v. 18.

Sed

I I. Sed alij, cum quibus Timplerus, par. 2. Phys. lib. 1. c. 3.
q. 15. facit, sententiam contrariam tuentur. Rationes, quas habet
Timplerus sunt. 1. Quia cœlum valde est $\Delta\varphi\alpha\epsilon$, hoc est,
perspicuum & pellucidum. 2. Quia stellæ, quæ in eo con-
sistunt, in suo quæq; loco, sine manifesta refractione, à nobis
cerni possunt. 3. Quia stellarum motui $c\acute{a}lū$ valde est perva-
sum. 4. Quia si esset crassæ & duræ substantiæ, sequeretur in-
de a. stellarum radios, per duo media perspicua, quorum
unum sit crassum, alterum subtile, transire, & sic manifestò
refringi, β. Cœlum stellatum stellis impervium esse.

III. Caterum argumenta hac non tantum habent ponderis,
ut propterea nobis à sententia nostra recedendum sit: siquidem
primum nos non ferit: nihil enim concludit. Argumentum est:
Cœlum est perspicuum, & pellucidum. Ergo non solidum & fir-
num. Si illatio valet, quidni & hæc: vitrum est corpus perspi-
cum & pellucidum. Ergo non est solidum. Quis vero concederet
conclusionem? Quare cœlum $\Delta\varphi\alpha\epsilon$ dicitur, non propter ma-
teria tenuitatem, sed propter ejusdem luciditatem, & claritatem.
Negat secundum contra nos est. Si statueremus cœlum, crassæ & ter-
rena esse substantiæ, tum aliquid quidem obtineret: verum quia
non terrena, sed cœlestem, eamq; lucidissimam, in cœlo agnoscimus
materiam, optimè stellæ, in suo quæq; loco sine refractione, à nobis
cerni possunt. Tertium manifestò est falsum. Non enim stellæ per-
meant cœlum, illudq; penetrant, siquidem non per se, sed ratione
orbium, quibus infinitæ sunt, moventur, ut in sequenti disputatione
demonstrabitur. Quartum & postremum, praterquam quod cor-
pus crassum, opacum, & obscurum cum solido pellucido confundit,
etiam supervacaneam repetitionem instituit duorum argumento-
rum antea propositorum, secundi videlicet, & tertij. Certè si radij
solares fenestram penetrant, quidni & stellarum radij penetrabunt
orbis sine omni refractione, cùm infinites plus, luciditate fenestram
vel vitrum superant. Cœlum vero stellatum, stellis impervium

B

esse

esse fatemur, quod non per se stellæ, sed ad motum orbium, quibus
inharent, moveantur.

Theorema V.

Cœlum non est animatum.

Pythagoras olim cùm affectionis suis, cœlum animatum statuerunt, eam potissimum ob causam, quod dextrum & sinistrum tribuatur. Verum infirma hæc est ratio, imò falsa planè: siquidem cœlo dextrum & sinistrum non per se, sed saltem per accidens, respectu videlicet hominum, attribuitur. Hinc Scalig. Cum cœlum sit corpus perfectissimum, atq; simplicissimum, quod neq; superiorem habet partem, neq; inferiorem, sicut à Platone declaratum est in Timæo, neq; anteriorem, neq; posteriorem: ita neq; dextro erit à se ipso diversum, vel sinistro. Quin potius, si nostri ratio habeatur, erit ea pars sinistra nobis, quæ censemur ab istis dextra, exerc. 67. Potest autem opinio hæc ijsdem impugnari argumentis, quibus theor. 1. s. 4.. præced. disputat. probavimus, mundum non esse corpus animatum.

Theorema VI.

Cœlum neq; grave, neq; leve est.

I. Τὸ δὲ κύριο σῶμα φερόμενον, ἀδυώσαντο ἔχει βάρος οὐ πλούτης. Arist. lib. 1. de cœlo cap. 3. t. 18. Rationes sunt 2. Quia grave si esset, deorsum laberetur: leve si esset, à medio sursum moveretur, καὶ τὸ μὲν φύσιν καὶ πάσῃ φύσιν ἐνδέχεται αἰτία νησῖναι, ηὔπειρον, ηὔπειρον μέσον. Arist. ibid. 2. Quia gravitas & levitas sunt affectiones Elementorum, & etiam mendacibus elementis, in mixtis reperiuntur. Cœlum autem neq; est elementum, neq; ex elementis compositum.

Senten-

II. Sententia huic verissima se opponit Timplerus, cælum leve esse contendens, par. 2. Phys. lib. 1. c. 2. q. 8. Primò inquit quia motus sursum non semper inest levibus, præsertim quando in loco suo naturali quiescunt: Quare inquam ego, motus sursum non semper inest levibus? quia in loco suo naturali quiescunt. Bene est: si sunt in loco sursum, non debent ad eundem moveri. Omnia corpora, quæ sunt extra locum suum naturalem, ad eundem naturaliter moventur, vel sursum vel deorsum: quando vero locum occuparunt, non necessum est ut amplius ad eum tendant, siquidem sunt in eo. Secundò dicit cœlum super alia corpora sibi subiecta eminere. Quid inde? eminet sanè: sednè per levitatem? minimè gentium, siquidem levitas qualitas est elementaris, quam calo qui tribuere velit, in multas absurditates incidet.

Theorema VII.

Cœlum non est in loco.

I. Haud levis est, inter Philosophos de hoc theoremate, lis & controversia. Aristoteles quidem, cœlum in loco esse negat lib. 4. Phys. c. 5. t. 45. propterea, quod supra cœlum nullum corpus sit aliud, quod ipsum ambiat & claudat. Jam vero omne quod est in loco, superficie alterius cuiusdam corporis continetur, & clauditur, juxta definitionem loci, qua definitur superficies corporis continentis.

II. Alij vero quia cœlum in natura est, locum ei denegari haud posse contendunt, assertionisq; sua, hæc habent argumenta: 1. Omne corpus naturale est in loco: Est namq; locus affectio communis, & generalis omnis corporis: & si daretur ullum corpus, quod non esset in loco, locus non esset affectio generalis omnis corporis. Atqui vero cœlum est corpus naturale. Utiq; ergo in loco erit. 2. Corpus quod non est in loco, nullibi est. Si ergo cœlum non est in loco, nullibi erit, quod tamen est falsum.

9ti psal. 148. 4.

III. Ultra nunc opinionum tolerabilius? Aristotelis sententiam amplectimur. Quare ad argumentorum contrariorum primum respondemus, locum quia accidens est, & quidem forinsecus accedens, non posse esse de simplici necessitate cuiuslibet corporis, ut theor. 6. disput. super. 8. sufficienter probavimus. Ad secundum, non statim sequi: Quod non est in loco, nullibi esse: alias & angeli nullibi essent, quia non sunt in loco. Datur ergo inter locum & nullibi, medium, id est videlicet, sive ubi. Cælum itaque licet non sit in loco: est tamen in suo id est sive ubi, quod si locum impropriè vocare volueris, me non usq; adeò habebis repugnantem.

COROLLARIA.

I.

An cœlum sit corpus naturale? A.

II.

An cœlum sit compositum? D.

III.

An in cœlo sit materia absq; forma, vel forma absq; materia. N.

IV.

An motus cœli sit circularis? A.


V.

An aer etiam sit cœlum propriè sic dictū, ut vult Timpler. par. 2. Phys. l. 1. c. 3. q. 1. ? N.

VI.

An detur cœlum Empyreum, quale fingunt Calviniani? N.







306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 12345